

3. Κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν) utpote prurientes, vel titillati (quoad) aures vel auditum.

13. Φαινόλης & Φενώλης ὀ) penula, & per Metathesin Φαιλόνης & Φελόνης, capsula, marsupium. it. parva tunica. Φελόνιον, indumentum Sacerdotis.

17. ἈΛεονε) i. e. Nerone. Conf. inf. subscriptionem.

18. Σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτῶ) servabit (me translatum) in regnum suum cœlestē. Conf. Ps. 68, 19.

דָּוָן בְּרַל הַנְּתִיבָה dona accepit distribuenda inter homines, interprete Paulo.

IN EPIST. AD TITUM.

CAP. I.

Verf. 1.

Apostolus Jesu Christi circa fidem electorum (erigendam,) & cognitionem veritatis in pietate (docendam,) scil. hoc fine ad Apostolatū vocatus, ut prædicta munia exequeret, idque sub (in) spē vitæ æternæ, (in animis electorum suscitandâ) Græcè: Κατὰ πίσιν ἐκλεκτῶν Θεῶ καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας κατ' εὐσέβειαν. Κατὰ prius h. l. notat causam finalem, & æquipollet τῶ ad ut sensus sit: in hunc finem, ut promoveat per munus suum Apostolicum fidem electorum, & agnitionem veritatis (non cujusvis, Ethicæ & Moralis, quæ Philosophis relicta, sed) quæ est secundum pietatem & Religionem Christianam, h. e. verè divinam & à Deo in Verbo revelatam.

4. *Titō genuino filio quoad communem fidem*) i. e. genuino filio, quem ex semine incorruptibili Verbi Divini progeneravi, si fidem utriusque nostrū communem spectem; secundum illam enim revera mihi es (vult dicere) filius.

7. Ὀικόνομος) dispensator rei familiaris.

9. *Adhærentem (addictum) verissimo in doctrina verbo*) i. e. quod verbum suam certitudinem obtinet in doctrina, vel in eo quod docet.

9. Παρηκαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ) adhortari doctrinâ salutari, mit heilsamer Lehre/ בתורה

CAP.